

1510. 8. Septembris.

745.

Sigism. 1. Rex Poloniae Ambrosio Sam-
powski Pltño Siradien, et Capiteo Mari-
enburgensi:

In absentia vero Ejus Vicecapiteo seu Vice-
Regenti ceterisque Officialibus Stipendiarijs
in castro Marienburgensi existentibus.

Certiores facti de aegritudine Ejusdem Palatini, vo-
lentes Avem Nram in bona ordinatione et custo-
dia habere, mittimus isthuc Prosum Bernardum
Golawinski aulicum Nrum, ut tam ipsi Pala-
tino quam omnibus Vobis isthuc presentibus,
quorum interest exponat ea, quae sunt de merito
et mandato Nro, ac ut Avem ipsius et omnium
Urum statum revideat et conspiciat, et quod vo-
luntatis Nrae est, vobis Nro nomine deman-
det. Itaque mandamus vobis, ut Ei in his, quae
vobis dicet, plenam fidem adhibeatis, et quae vo-
bis demandabit, ut ea ita obedienter et fideliter
exequamini, atque si ore Nro proprio a Nobis
presentibus commissa ac demandata vobis fu-
erint. — 8. Septembris 1510.

